

# **Landesbibliothek Oldenburg**

## **Digitalisierung von Drucken**

**Henr. Ioh. Nepom. Crantz S.C.A. Maiestat. Consiliar.  
Institut. Med. Et Mater. Medic. Vindob. Profes. Pub. Ord.  
Acad. Imp. Nat. Curios. Et Societ. Botan. Flor. Sodal.  
Materiæ Medicæ Et Chirurgicæ ...**

**Crantz, Heinrich Johann Nepomuk**

**[Wien], 1765**

**[Einleitung.]**

**urn:nbn:de:gbv:45:1-10196**

## CLASSIS TERTIA.

## RESOLVENTIA.

**Q**uae humores inter solida stagnantes in minores partes solvunt, inde obstructionem, partis tumorem, motus impotentiam auferunt, RESOLVENTIA: quae eosdem attenuant, dividunt, ATTENUANTIA, quae diluunt, DILUENTIA strictius dicuntur.

Materies his haud adeo diversa, est tamen quae magis in solida, est quae in fluida magis agat salina.

INDICANTUR I. Prioribus secundum exigentiam applicatis, inflammatione tamen nondum resoluta, etiam in phlegmone oedematosa.

II. In oedemate.

III. Tumoribus cysticis.

IV. Tumoribus scirrhosis.

V. Tumoribus aereis.

VI. Obstructionibus aliis.

Verum quia humoris profunde impacti resolutio obtineri solum potest, vel elasticitate, irritabilitate, tensione solidorum minutis, si aucta sint, vel solidorum actione adaucta, si imminuta sit, vel demum adauctis diametris, ut obstruens molecula transire, vel humorum minuta mole, ut per angustias tranare possit, in totidem classes hæcce distribuenda resolventia sunt;

cum



cum vero, quæ elasticitatem, irritabilitatem tollunt, tensionem in solidis minuant, relaxantia, emollientia sint, eadem vasorum diametrum adaugeant, conrahi hæc duo capita in unum possunt.

## I. RESOL. RELAXANTIA.

<b>Ex</b> Humectantibus. Emollientibus. Temperantibus. Anodynis.	]      ]	conflata, priori capite dicta sunt.
---	----------	--

## II. RESOL. STIMULANTIA.

### LENIORA.

#### EX REGNO VEGETABILI.

- Apium.
- Artemisia.
- Betonica. *Herb. flores.*
- Chamomilla. *Herb. flores.*
- Chamæpitys.
- Chærophyllum.
- Cicuta maior. *interne, externe, omni forma.*
- Daucus.
- Fœniculum.

